

MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80467-25

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

SACHS, ADOLPH

TITLE:

DE DIGAMMO EIUSQUE...

PLACE:

BEROLINI

DATE:

[1856]

Master Negative #

92-80467-25

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88HD

Z7

Sachs, Adolph, 1833-

De digamno eiusque usu apud Homerum et Hesiodum
capita VI. Dissertatio inauguralis quam ... pub-
lice defendet auctor Adolphus Sachs ... Berro-
lini, Schade, [1856],
61 p. 22 cm.

Thesis, Berlin, 1856.

366897

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm

REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 2-28-92

INITIALS MARGE



FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT



AIIM

Association for Information and Image Management




1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

3680
A. 90
No. 6

DE DIGAMMO EIUSQUE USU
APUD HOMERUM ET HESIODUM
CAPITA VI.

DISSERTATIO INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS
IN
ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE
FRIDERICA GUIELMA
AD
SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
RITE CAPESENDOS
DIE XIX. M. MARTII A. MDCCCLVI.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR
ADOLPHUS SACHS
THURINGUS.

ADVERSARI^I ERUNT:

I. WOLLENBERG, PHILOS. DR.
H. LEUE, PHIOL. CAND.
M. DINSE, PHILOS. CAND.

BEROLINI
TYPIS GUSTAVI SCHADE.

CAROLO FRIDERICO AMEISIO

PRAECEPTORI CARISSIMO

SACRUM.

I.

De digammi natura, nomine, signis.

Litteras Graecas ex Oriente advectas Phoenicibus deberi cum Herodotus aliique memoriae prodiderunt, tum ex ipsarum litterarum comparatione luce clarius comparet. Quod quam verum sit etiam littera illa, quam Graeci postea digamma vocaverunt, optime docemur. Etenim cum apud Phoenices sexto alphabeti loco Vau appareat, eundem antiquissimi Graecorum alphabeti locum *Baō* (ΒΑΩ) obtinet, cui Latinorum et Etruscorum *F* respondet. Cuius rei certissimum argumentum praebet vasculum Etruscum in solo veteris Agyllae repertum, in quo alphabetum hoc Aeolicum vel Doricum depictum est (v. Franz, Elem. epigr. Gr. p. 21):

ABΓΔΕF et quae sequuntur litterae.

Ut vero a Phoenicibus Vau (Ϝ), sic a Gracis *Baō* leni spiritu labiali pronunciabatur idemque sonabat quod Latinorum et Germanorum *v* vel Anglorum *w*. Littera *F* enim Latinorum quamquam et figura similis est digamma et eodem alphabeti loco conspicitur eandemque apud antiquissimos Latinorum vim, quam digamma Aeolicum, habuisse a Prisciano (I. p. 16. ed. Krehl.) dicitur, postea tamen rem longe aliter se habuisse, nec Latinorum *F*, ut

litteram multo asperiorem, Graecorum digamma similem fuisse, et Quintilianus docet, Graeculum quendam vocis, quae est Fundanius, primam litteram dicere non potuisse narrans et ipsa ratio linguae *v* loco digammi adscendentis. Nam vero si quaeras, quodnam nomen antiquitus digamma fuerit, id *Bœv* fuisse ex grammaticis veteribus discimus, quorum Priscianus (l. p. 20. ed. Krehl.) »*V*, inquit, loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos, quam apud Aeoles habuit olim digamma i. e. Vau, ab ipsis voce prosectum teste Varrone et Diodymo, qui id ei nomen esse ostendit«; et similiter Scaurus p. 2254 ac Marius Victorinus p. 2461, qui et ipse p. 2468 »Scripseram, ait, vobis *F* Aeolis duntaxat idem valere, quod apud nos *V* cum pro consonante scribitur, vocarique *βαῦ* et digamma.« Sed Vau postea digamma appellabatur, quod duorum *F* sibi superimpositorum formam gerebat, quallem digammi formam Dionys. Halic. l. 20 his verbis describit: *τοῦτο, σε τὸ δίγαμμα, ὁ ἦν ὁ σπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίᾳ δρθῆν ἐπιζευγγύμνενον ταῖς πλαγίαις, ὡς Φελένη καὶ Φάναξ, καὶ Φοῖκος καὶ Φανή καὶ πολλὰ τοιαῦτα*; id quod ex grammaticis testantur Sergius p. 1827 haec dicens: »Est autem digammos dicta Graecorum eo, quod character eius ex duabus gammis fit;« et Annaeus Cornutus p. 2282: »Est quaedam littera in *F* litterae speciem figurata, quae digamma vocatur, quae duos apices ex gamma littera habere videtur.« Patet igitur digammi nomen non ad sonum, sed ad figuram spectare, et Salmasium de Hellenistica p. 387 perperam statuisse »digamma Aeolicum sonum habuisse duplicitis Gamma et ex eo nomen.« Sed varia digammi signa a Graecis posita sunt, quorum haec in titulis repe-

riuntur *FF F*, posteriore tempore etiam *C*, velut in tabulis Heracleensibus et in numis Axiorum apud Eckhel. D. N. IIII, p. 383 sqq., atque inversa figura *D* in numis Capuae et Nuceriae Osce inscriptis apud Eckhel. I. I. IIII. p. 387, et recepta numeratione litterali episemi quod vocatur munere fungens (*C C C*) diu postquam desiit esse *στοιχεῖον*, numero senario indicando inserviebat (v. Boeckh. Oecon. civ. Athen. II. p. 385 sq.). Praeterea autem digammi signum in re musica eum sonum apud Graecos denotavit, quem nos *g* et parvae quidem octavae vocamus (v. Bellermann. »Die Tonleitern und Musiknoten der Griechen.« tab. I.), et octavum alphabeti, ut ita dicam, musici locum obtinuit (ibid. p. 42). Item quid sit quidve denotet *δίγαμμα ἀνεστραμμένον* et *δίγαμμα ἀπεστραμμένον* apud Bellermannum invenies. Sed haec hactenus.

Restat, ut paucis absolvam, quomodo veteres grammatici et Graeci et Latini vocem, quae est *δίγαμμα*, digamma, declinaverint. Ac primum quidem Graeci plerumque *τὸ δίγαμμα* dixerunt, quamquam etiam forma *τὸ δίγαμμον* reperitur apud Alypium rei musicae scriptorem (v. Meibom. not. p. 70). Latini vero et *digamma dixerunt per omnes casus*, ut Priscianus, Alcuinus (v. p. 2083), alii, et *digammon, digamni*, ut Macrob. de diff. et societat. Gr. Latinique verbi p. 714 ed. Zeune, Cassiodorus p. 2292, et *digammos, digammi*, ut Terent. Maur. p. 2327, et *digamma, digammae*, ut Serv. ad Aen. I, 455. Nos vero, ut ambiguitatem vitemus, si *digamma, digammi, digammo* dicimus, neminem fore, qui in eo offendat, expectamus.

II.

Digamma, quod vocatur Aeolicum, non soli Aeolicae dialecto tribuendum est, sed in universum antiquo omnium Graecorum sermoni.

Ad hoc demonstrandum cum tituli plurimum valeant, eorum notatu dignissimos hic laudabo; ac primum quidem locum teneant inscriptiones Aeolicae, sequantur Doricae, agmen claudant Ionicae:

1. Digamma in inscriptionibus Aeolicis servatum.

a) in Boeoticis (v. Boeckh. corp. inscr. I. p. 717 sqq. Ahrens. de dial. Aeol. §. 35).

Fυκίας, vulgo οἰχίας n. 1562. 1563. 1564.

Fισοτελίαν, n. 1562. 1563.

Fάρων, nomen proprium viri n. 1569, a. II.

Fελατίη, vulgo Ἐλατία, et *Fελατιήν* i. e. Ἐλατειά, *Fέτια*, vulgo ἔτεα, *Fίκατι*, v. εἴκοσι, ἀπὸ τῶ *Fάστιος* i. e. ἀπὸ τοῦ ἄστεος n. 1569, a. III. — *Fιλαρχόρων*, apud Leukium II, 31. (cf. Ahrens. de dial. Dor. in Add. p. 516.) *ἀFνδός*, n. 1583 in compositis, i. e. ἀοιδός: ὁμψαFνδός, αὐλαFνδός, πιθαραFνδός, τραγαFνδός, κωμαFνδός.

ΒακεύFη, nomen proprium, n. 1639.

Fυκίας in titulo ab Ernesto Curtio in Mus. Rhen. novo II. p. 107, n. 7. edito.

Fαστίνιος, ibid. p. 108, n. 8.

Fαστίνιειδόντιος in Ulrichsii *Itinere Graeco* vol. I. p. 247.

b) in Eliacis, quas ad Aeolicam dialectum referre non dubitamus:

Fράτρα, *Fαλείοις*, *EύFασοις*, *Fέτεα*, vulgo φήτρα, *Ηλείοις*, *Εύαίοις*, ἔτεα; *Fέπος*, *Fάργον* i. e. ἔργον, *Fέτας* pro ἔτης. (C. inscr. n. 11 in monumento foederis ab Eleis et Evaensibus circa Ol. 50 icti).

2. In Doricis inscriptionibus non minus frequenter digamma conspicitur.

a) in Crissaean antiquissima (C. inscr. n. 1) cuius initium ex accuratiore Ulrichsii apographo (l. p. 31) hoc est: ἔχοι κλέFος ἀπθιτον αιFεί (ἔχοι κλέος ἀφθιτον αιεῖ).

b) in Argivis:

Fίκα .. n. 18, ubi Boeckhius supplevit *Fίκατι*. πεδάFοικοι i. e. μέτοικοι, n. 19.

τω̄ι ΔιFή in galea n. 29, ubi versum senarium esse Boeckhius primus perspexit:

Ταργεῖοι ἀνέθεν τω̄ι ΔιFή τῶν Κορινθόθεν.

c) in Spartanis:

ἐδέδοFα, vulgo ἐδήδοκα, n. 15.

Fίκατι, n. 1511; cf. Boeckh. l. p. 697.

d) in Cretensisibus:

Fίκαδίνος, nomen proprium, n. 2598.

Fευξίων n. 3050, nomen Vaxiorum, quod in numis apud Eckhel. IIII. p. 387 Λαξίων scriptum reperitur digammi forma paullulum mutata.

Fελχάνος in numo Phaeostio (v. Bullet. del Inst. Arch. 1841. p. 61 et p. 174), quod Hesychio est *Γελχάνος*.

e) in Corcyraeis.

Huc pertinent duae imprimis inscriptiones Corcyraeae nostra demum aetate repertae et a Franzio in Ephem. archaeol. anno 1846 n. 48 editae, quarum altera nobis exhibet formas *TλαστίαFο* et *πρόξενFος*, altera *ξοFαισι*

et στονό Φεσσαρ. Ex quibus quid lucremur, infra videbimus.

f) Inscriptiones in Magna Graecia repertae haec sere vocabula digammo instructa praebeant: *ΑἴΦας*, nomen herois, est in vase antiquo, quod descriptis Abeken in Annali dell' inst. di corr. arch. Vol. VIII. fasc. II.

Φέριον legitur in votiva quadam securis inscriptione a. 1854 edita in Ephem. archaeol. n. 61. ex Bullet. Napoli. N. 18. p. 422.

Duarum Heracleensium diversae aetatis tabularum (Corp. inscr. n. 5774 et 5775) prior exhibet: *Φέτος*, *Φέτεος*, *Φέιει*, *Φέτη*, *Φετέων* — *Φεξήμοντα*, *Φεξακάται* — *Φιδίαν*, *Φιδίαι* — *ἐγΦηληθίωντι* vulgo *ἔξειληθῶσι* — *Φικατί* —; posterior: *Φικατίδειον* et *Φεικατίδειον*, *Φικατίπεδον*, *Φείκατη*, *Φέξ*, *Φέκτα*. De digammo numerali *Φέξ* eiusque derivatis praefixo Ahrensius (de dial. Dor. p. 43) recte iudicasse mihi videtur, illud cum neque apud alios Graecos, neque in cognatis linguis (Sanscr. schasch, Lat. sex, Goth. saih) digammi ullum vestigium appareat, recons accessisse contendens.

Denique in tessera Petiliensi (C. inscr. n. 4) reperitur *Φοικίαν*.

3. Inter multas inscriptiones Ionicas una tantum extat, quae vocem quandam digammatalem exhibit; in basi enim statuae in insula Delo repertae haec verba leguntur (Corp. inscr. n. 10):

τοῦ ἀΦυτοῦ λιθον εἴμ' ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας.

Versum senarium esse, quod iam Bentleius divinaverat, Boeckhius ostendit. (v. Boeckh. not. ad h. l. et Franz. elem. epigr. Gr. p. 42.)

Digamma igitur littera sicut ab initio omnibus Graecis communis, quod etiam Dionysius Hal. I. 20 testatur, et sicut quidem στοιχεῖόν τι, ut Hesychius diserte dicit, nec siles habenda est scholiastae Dionysii in Bekkeri Anecd. 777, 15, cuius haec sunt verba: *τὸ εὐρισκόμενον παρὰ τοῖς Αἰολεῦσι δίγαμμα οὐκ ἔστι γράμμα — ἔχει δὲ τύπον τόνδε· F — ὁ προστιθέασιν οἱ Αἰολεῖς ἐκάστη λέξει παρ' ἡμῖν δασνομένη αὐτοὶ ψιλοῦντες πᾶσαν λέξιν· σύμβολον οὖν παρ' αὐτοῖς δοτὸν ἐκφωνήσεις ἔχον τῆς οἱ καὶ ον διφθόγγον etc., praelestum cum Trypho grammaticus haudquaquam contempnendus in libro, qui inscribitur πάθη λέξεων (Mus. crit. Cantabr. Tom. I. p. 34), haec de digammo verba faciat: προστιθεται δὲ τὸ δίγαμμα παρά τε Ἰωσὶ καὶ Αἰολεῦσι καὶ Λακωνὶ καὶ Βοιωτοῖς· οἷον ἄναξ Φάναξ, Ἐλένα Φελένα, προστιθέασι δὲ (sic recte Ahrensius scribi vult pro καὶ) τοῖς ἀπὸ φωνηντων ἀρχομένοις· ἀπαξ δὲ παρ' Ἀλκαίῳ τὸ δῆξις καὶ Φεῆξις εἴρηται. Sed digamma, quamquam littera sicut olim omnibus Graecis communis, senioribus tamen temporibus ita quidem evanuit, ut in alphabeto a Franzio (l. l. p. 25) concinnato ex inscriptionibus, quod inter Ol. 40 — 80 apud Graecos obtinuit, apud Dores quidem et Aeoles etiamtunc appareat, non item apud Iones Atticosque. Iam vero postea cum ne Dores quidem vulgo digammo utearentur, sed alias litteras in locum eius substituerent, atque soli illud scriberent Aeoles, inde factum est, ut grammatici Graeci nomen ei potissimum dederint digammi Aeolici.*

III.

Quid veteres de digammo statuerint?

Grammatici Alexandrini quamquam alioquin optime de grammaticis meruerunt, et egregias de Homeri aliorumque poetarum carminibus observationes instituerunt, ad hanc tamen de digammo quaestionem solvendam aut per pauca aut nihil contulerunt, ac ne Aristarchus quidem, critorum veterum princeps, qualis sit vis digammi perspectum habuit. Is nimurum cum apud Alcmanem aliosque poetas lyricos luculenta digammi vestigia reperisset, apud Homericum tamen nec volam huius litterae nec vestigium animadvertisit. Nec vero tale quiddam sieri potuisse arbitror, nisi omnis de digammo Homericō fama prorsus aboleverit. Quod si revera ita fuisse videtur, Alexandrini, ut in etymologica investigatione pariter atque omnes omnino grammatici veteres parum sollertes eo adduci non potuerunt, ut de digammo carminibus Homericis vindicando cogitarent. Digamma igitur ipsis littera fuit ab Aeolibus tantum et Doribus usurpata. Id si statuo, neminem, qui aliter sentiat, futurum esse existimo, et tamen in ipsorum veterum libris hic illuc reperiuntur loci, in quibus digamma tamquam pronunciatum et in litteris usitatum omnibus olim Graecis tribuitur. Dionysius enim Hal. I. 20: »Σύνηθες ἡν, inquit, τοῖς ἀρχαῖς Ἑλλησιν ὡς τὰ πολλὰ προτιθέναι τῶν ὄνομάτων, ὅπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνήντων ἐγίνοντο, τὴν ον συλλαβὴν ἐνὶ στοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δὲ ἡν ὥσπερ γάμμα etc., et quaenam Tryphonis fuerit sententia iam vidimus, quibus addas grave Varronis testimonium, qui de ling. Lat. l. VII

p. 192 (ed. Spengel): »Tempus secundum ver, inquit, quod tum vivere incipiunt virgulta ac vertere se tempus anni, nisi quod Jones dicunt βῆρ.« In quibus si etyma a Varrone petita spectas, errasse eum statim intelleges. Sed haec utut sunt, ab Alexandrinis grammaticis profecta esse non possunt, neque affirmare ausim, unde talem illi doctrinam repetierint. Licet vero rectae illius opinionis quasi quedam fragmenta ad nostra usque tempora pervenerint, nemo tamen, quod sciam, ex veteribus de tali observatione carminibus Homericis adhibenda cogitasse narratur.

Sed ut transeam ad alios grammaticos, quorum plerique digamma pro Aelico venditant, primum quidem Apollonius Dyscolus digamma nisi Aeolicae dialecto tribuit nulli (v. περὶ ἑπτηρ. p. 98. 106. 107) atque adeo Alcmanem, poetam Dorianum, propter huius litterae usum αἰολίζειν dicit (ibid. p. 136). Scholiasta Dionys. in Bekkeri Anecd. p. 777, 26 memorat »νὸ παρὰ Βοιωτοῖς καὶ Αἰολεῦσι δίγαμμα«, et p. 778, 9: πάντα τὰ στοιχεῖα, inquit, κατὰ πᾶσαν ἔστιν εὐρέσκεσθαι διάλεκτον τὸ δὲ δίγαμμα οὐ, ἀλλὰ παρὰ μόνοις τοῖς Βοιωτοῖς καὶ τοῖς Λάκωσι καὶ τοῖς Αἰολεῦσι; quin Melampus ibid. p. 777, 15 digamma στοιχεῖον esse omnino negavit. Alia vide apud Ahrens. de dial. Aeol. p. 30 et 31. Sed multo plura, quam Graeci grammatici, Latini de digammo tradiderunt, ex quibus quae sunt notatu dignissima, ea breviter laudabo. Ac primum quidem Priscianus (p. 546 ed. Putsch. = ed. Krehl. I. p. 21. 22): »Uero loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus vim habuit apud Latinos quam apud Aeoles digamma F; unde a plerisque ei nomen hoc datur, - quod apud Aeoles habuit olim F digamma, id est Vau, ab ipsius

voce profectum, teste Varrone (apud Gell. N. A. XVI, 17) et Didymo, qui id ei nomen esse ostendit, pro quo Caesar hanc figuram **‡** scribere voluit: quod quamvis illi rectum visum est, tamen consuetudo antiqua superavit. Adeo autem hoc verum est, quo pro Aeolico **F** digamma **V** ponitur: quod sicut illi solebant accipere digamma **F** pro consonante simplici, teste Astyage, qui diversis hoc ostendit versibus, ut in hoc versu: ολόμενος Φελέγαν ἐλικώπιδα, — sic nos quoque pro simplici habemus consonante plerunque **V** loco **F** digamma positum, ut

At Venus haud animo nequiam exterrita mater
(Verg. Aen. VIII, 379).

Est tamen quando iidem Aeoles inveniuntur pro duplice quoque consonante digamma posuisse, ut *Nέστορας δὲ Φοῦ πειθός.* Paullo post: »**F** digamma (apud) Aeoles est, quando in metris pro nihilo accipiebant, ut *ἄμφες δὲ Φειράνων τό δέ τ' ἄρε θέτο μῶσα λιγαῖα;* est enim hexameter heroicus; de quo versu v. Giese de dial. Aeol. p. 184 sqq., qui tale Prisciani praeceptum ferri non posse demonstravit. — Et rursus (p. 547). »Sciendum tamen quod hoc ipsum (digamma) Aeoles quidem ubique loco aspirationis ponebant effugientes spiritus asperitatem. Nos autem in multis quidem non tamen in omnibus illos sequimur, ut cum dicimus *vespera, vis, vestis.* Hiatus quoque causa solebant illi interponere **F** digamma, quod ostendunt etiam poetae Aeolidae, uti Aleman: *καὶ χείμα νῦν τε δάφιον:* et epigrammata, quae egomet legi in triptode vetustissimo Apollinis, qui stat in Xerolopho Byzantii: *ΔημοφάFων, ΛαFοχόFων.* Nos quoque hiatus causa interponimus **V** loco digamma **F**, ut Davus, Argivus, pavo,

ovum, ovis, bovis« (cf. VI, p. 264, ed. Krehl., ubi similiter de hac re loquitur). Priscianum, cun dicit digamma hiatus causa vocibus inseri, vehementer lapsus esse nemo non videt: immo potius, postquam digamma evanuit, hiatus natus est, quem tum vocalium contractione imprimis Attici evitare studebant. Sed ut redeam ad illud, quod Priscianus Caesarem fecisse ait, Caesar ille Claudius fuit (cf. Tacit. Annal. XI, 13. Sueton. Claud. c. 41. Quintil. I, 13), qui cum compumperisset Graecam quoque litteraturam non simul coeptam esse absolutamque, ipse novas litterarum formas addidit vulgavitque, ex quibus una est illa **‡** pro **v** posita, e. g. »*amplia‡it, Di‡i, iu‡entutis*« (v. Vel. Long. p. 2235 et inscr. apud Gruterum p. 164. 4, p. 236. 9.). Quae quidem forma, ut contraria Latinarum litterarum sinistrorum non apertarum indoli ac naturae, statim post mortem eius obliterata est.

At non solum Priscianus' digammi consoni vim agnoscit, verum alii quoque grammatici, imprimis Marius Victorinus, cuius p. 2461 hacc sunt verba: »Littera **U** vocalis est, sed eadem obtinet vicem consonantis, cuius potestatis notam Graeci habent **F**; nostri Vau vocant et alii Digamma. Ea per se scripta non facit syllabam, antea posita autem vocali facit, ut *Fάμαξα, Fεκηβόλος* et *Fελένη*: nos vero qui non habemus huius vocis nomen aut notam, in eius locum, quotiens una vocalis pluresve iunctae unam syllabam faciunt, substituimus **U** litteram«; similiter idem loquitur p. 2468, et Gellius N. A. XIII, 5, Donatusque ad Andr. Terent. I, 11, quibus addas Diomed. p. 416, Charis. p. 57, Valer. Prob. p. 1507, Paul. Diac. p. 1587, Vel. Long. p. 2222, Scaur. p. 2254, Cledon. p. 1882, Alcuin. p. 2083,

Cassiodor. ex Annaeo Cornuto p. 2282, eundem ex Papiriano p. 2292 et ex Martyrio p. 2297, et ex Lucio Caecilio p. 2317, Serg. p. 1827, Terentian. Maur. p. 2327, qui haud pauca vocabula digammo instructa recenset, Serv. ad Aen. I, 455.

III.

Quomodo recentioribus temporibus de digammo iudicatum sit?

Ante Bentleium, qui totam hanc de digammo quaestionem movit, de eo scripserunt Bouhierus, Chishullus, Reinoldus, Franciscus Wise, neque illi quidem ea, quae diligentius hic memoranda essent. Bentleius autem cum primus videret, digamma Homero esse reddendum, in margine exemplaris cuiusdam Homeri ab H. Stephano editi, quae ipsi visa sunt, apposuit et postea singularem de hac re scripsit dissertationem, quae adhuc latens in bibliotheca collegii Trinitatis Cantabrigiensis in lucem nondum prodidit, necdum a quoquam ad hanc lubricam de digammo quaestionem videtur adhibita fuisse. Nam Heynus, quamquam totus a Bentleio hic pendet, exemplar tamen solum illud editionis Stephaniana accepit quaeque ibi notata erant excerpit. At haud dubie ipse Bentleius in dissertatione illa multa correxit, haud pauca nova attulit, quaestionem hanc difficillimam si non solvit — id quod fieri tunc non potuit — at certe multo clarius distinctiusque, quam Heynus, explicuit. Eodem quo Bentleius tem-

pore Dorvilius vir alioquin de antiquitatis studiis optime meritus similem de digammo concepit sententiam. Is enim cum in Vanno crit. p. 394 in voce ἔθεν spiritum aspero asperiorem videret et peculiare quid voculae οῖ in locis antea allatis inesse, non nimis facile eam vim aspirationi tribuendam esse putavit, sed locum hic suum habuisse digamma Aeolicum conjectura assecutus est, »quod non modo vocalibus, ubi asper spiritus erat, sed etiam ubi lenis erat praeponebatur; ut *AoFoxóFaw*, unde forte illud ἀFvtó (potius ἀFvtov) in inscriptione Deliaca lucem accepit.« At ipsa Dorvilli verba indicare mihi videntur de digammo utpote littera antiquitus ab omnibus Graecis usitata et alphabeti quendam locum obtinente neminem ne tantillum quidem cogitasse. Nec vero Heynus, quamquam Bentleium secutus digamma carminibus Homericis restituendum esse recte censuit, hic multum profecit, qui nunc hoc nunc illud statuerit nec constanter de hac re egerit, idcirco recte notatus ab Vossio, modo ne illud obliviscamur ipsum Vossium digamma furca expellentem vehementer iudicio lapsum esse. At hoc sane Vossius, licet acerbius quam decebat, tamen recte in Heynio reprehendit, quod in omnibus desperatis locis ad digamma provocavit quasi ad daemonem quendam. Praeterea autem Heynus, quamquam id nonnulli postea imitati sunt, non recte egit et singula singulorum versuum verba, ubi digamma neglectum esse censuit, in aliud locum transponens et ad libidinem invitis codicibus mutans, propterea quod eam digammi esse naturam vidimus, ut mature in Ionica dialecto interierit. Iam cum auctore Bentleio talis pugnandi campus apertus esset per Heynium, qualis multos postea exerciturus erat, G. Hermannus non

solum digammi apud Homerum usum aptis circumscriptis finibus in censura Iliidis ab Heynio editae, sed universe etiam multa egregie observavit. Iam ante Hermannum Dawesius Anglus, licet in Miscellaneis criticis haud pauca bene monuerit, in universum tamen non recte statuisse mihi videtur. Etenim cum digamma non magis quam vel Hebraeorum vel Arabum Vau in Ionica Homeri poemata invehendum esse arbitratur et pro vetustissimo illo digammi elemento **F** spiritum lenem ponit, vehementer errat. Nec minus, ut exemplum afferam, Dawesius fallitur testem illum, quem Quintilianus I, 4, 14 pro Fundanio a Cicerone, cum primam eius vocis syllabam dicere non posset, irrisum esse memorat, digamma Aeolicum pronunciasse pro certissimo affirmans; immo φ Graeculum illum dixisse putaverim, igitur »Phundanium«; unde discimus litteram illam **F**, quae ut Quintilianus XII, 10 ait, paene non humana voce, sed omnino non voce potius inter discrimina dentium efflanda est, Graecis plane ineffabilem suisse, id quod Terentianus Maur. p. 2401 his verbis confirmat:

•*Nos si quando Graecum Φ necesse est exprimi,
P et H simul solemus, non Latinam hanc (F) ponere,
cuius a Graeca recedit lenis atque hebes sonus**;
(cf. eund. p. 2388). Sed ut revertar, unde digressus sum, post Dawesium duo apprime Angli, Herbertus Marsh et Payne-Knightius de digammo egerunt. Et ille quidem in libro, qui inscriptus est »Horae Pelasgiae*, postquam nonnulla haud contempnenda attulit et fortasse recte Pelasgis digamma tribuit, Aeolicum **F** idem sonuisse ac Latinam illam litteram, quae locum eius et figuram usurpat, evincere frustra conatus est, quamquam ipse Annaeus Cornutus p. 2282

in antiquis libellis se reperisse narrat Fotum, Firgo: id quod ad antiquissima alphabeti et Graeci et Latini tempora pertinere existimo. Payne-Knightius autem licet nimis audacter non solum digamma Homero reddiderit, verum etiam universum antiquum scribendi morem — id quod fieri nequit — restituere conatus sit, multa tamen optime et ad difficultates expediendas utilissima in Prolegomenis ad Homerum monuit, ut intellegere vix queam, quomodo quis cognatarum Graecae linguarum comparatione, excepta Latina, destitutus talia eruere potuerit. Sub idem fere tempus Thierschius in grammatica Graeca et Buttmannus in libro, qui inscriptus est Lexilogus, de digammi apud Homerum usu deque vocibus digammo instructis diligenter inquisiverunt. Sed quoniam omnis de digammo quaestio ea est, quae nisi cognatarum linguarum comparatione solvi non possit, etiam tum demum vera lux digammo affulsi, cum talibus armis instructi Fr. Boppius, Pottius, Benejus, alii ad hanc rem explanandam se accinxerunt. Ac primum quidem Longardius comparativam linguarum cognatarum grammaticam doctrinæ de digammo adhibuit Boppii vestigiis insistens et Ahrensius in libris illis de Aeolica et Dorica dialectis. Iam omnes intellexerunt digamma non esse litteram, quae a Graecis ex libidine, ut hiatus vitaretur, vocabulis inserta esset, et vocabulorum compositiones verborumque flexiones, de quibus antea desperaverant, clare perspectae sunt. Novissimis autem huius saeculi annis tres potissimum viri docti, Hoffmannus, Savelbergius, Pohlius de digammo scripserunt; et Hoffmannus quidem in Quæstionibus Homericis nimis argute et pusille ut alias, sic hac quoque in re egisse mihi videtur, et perperam plane

ut Heynius omnes locos digammo repugnantes mutare temptavit; Savelsbergius autem et Pohlius cum de digamma in universum multa bene observaverunt, tum digamma locum in carminibus Homericis habere recte statuerunt; nollem tamen Pohlium dixisse digamma et consonantem esse et vocalem, quod ferri non potest. Iam restat, ut paucis commemorem, quid Jacobus van Gent Batavus de digammo meruerit. Is nimirum cum in prima Iliadis rhapsodia, quam Lugduni Batavorum a. 1835 edit, digamma restitu iuberet, rursus ad exemplum Heynii locos, in quibus digamma neglectum est, mutavit vel, ut ipse opinatur, emendavit, et praeterquam quod non recte hoc fieri appetet, in nonnullis adeo vocabulis, in quibus digamma non conspicitur, ut in ἄλλοις illud perpetraret adiecit.

V.

De digammi immutationibus eiusque ethlipsi
sive metathesi.

§. 1.

De digammo in *v* mutato.

Quod Scholiasta ad Pind. Pyth. 2, 52 dicit: ἐκεῖνοι (sc. Aeoles) γὰρ, ἐὰν ὡσὶ δύο φωνήνται, μεταξὺ ἐντιθέασι τὸ *v*, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀήρ καὶ ὁώς, id, si diligenter examinaverimus, multum proficiet ad rectum de digammo faciendum iudicium. Ex eo enim colligere possumus, apud Aeoles quoque, digamma, quamquam apud illos solos

semper in litterarum serie legebatur, paullatim in alias litteras transiisse. Digamma vero litteram spirantem labialem inde ab initio in cognatas litteras labiales mutatum esse non possumus non statuere. Ac primum quidem locum tenet *v* littera, quae cum proxime ad digammi sonum accedat, in multis vocibus vicem eius obtinet. Sic ἀνήρ et ἀνάσ l.l.; Σενῆρος (Severus) Corp. inscr. I. n. 1215. 1216. 1217, Φλανία (Flavia) ibid. n. 1959 apud seriores Graecos; et Gregorius Corinth. de dial. Acol. §. 37, 5 (p. 611 ed. Schaefer.) χείω, θεύω, νεύω, i. e. χέFω, θέFω, νέFω Aeolicas formas esse dicit. Neque alia videtur esse ratio vocabuli λούειν, quocum conseras lavere et luere; et θαύμα omnesque illas formas e verbo θεάομαι derivatas olim digammo instructas fuisse, quod postea amiserunt, cognatarum linguarum comparatione confirmatur (v. Pott. Etymol. Forsch. I. p. 125); et eodem pertinent αὐξω i. e. ἀFέξω, quod Gothis est vahsjan, nobis »wachsen« ναῦς, Sanscr. návas, navis, ἀγανός i. e. ἀγαFός, παλανός i. e. παλαFός vulgo παλαιός, ενάδες, quod apud Homerum II, 340 legitur, i. e. ἔFFαδε a radice Fαδ, Sanscr. swād, κανάξαις apud Hesiod. Opp. et Dd. 664 et 691, i. e. καFFάξαις, vulgo καταFάξαις sive potius κατάξαις, ἀνάτα Pind. Pyth. 2, 52, quae vox primam syllabam correptam praebet, ἀμενεῖν Pind. Pyth. 1, 86, quod digammo in β mutato est ἀμείβειν, — ταλαίρινος E, 289 pro ταλάFρινος, de quo Eustath. p. 548, 30: ταλαίρινος πλεονασμῷ Αἰολικῷ τοῦ *v*, ὡς ἀρηχτος ανηρχτος, quibuscum conseras Schol. Dionys. Thrac. in Bekk. Aneed. 694, 18, et Aneed. Oxon. III, 237, ubi haec leguntur: ἔθος Αἰολεῖσι τὸ *v* πλεονάζειν φωνήντος ἐπιφερομένου η τοῦ ρ· ναός, νανός, ἀώς,

αὐθός, ἔάλωκεν, εὐάλωκεν, ἄρρηκτος, αὐρηκτος, ἔρράγη, εὐράγη. Eundem litterae *v* pleonasmum Aeolicum agnoscunt in aliis vocibus, ut ἀγανός Etym. M. 6, 26, χεύαντες Greg. Cor. 591, Gram. Meerm. 660; εὐαδες Gramm. Meerm. ibid., Eustath. 990, 36, al., νανός Apollon. Dysc. de adverb. 559, 31, Etymol. M. 6, 26, Anecd. Oxon. III, 237, ἵανχε, ubi digamma aequa atque in εὐκηλος loco suo motum est, Eustath. 1654, 28, qui haec tradit: Αἰολεῖς παρατιθέντες τὸ *v*, ὡς φησιν Ἀρίσταρχος παρατιθεὶς τὸ ἀντάρ, δαλὸς δανλός (cf. p. 274, 24), ἵαχεν ἵανχεν, λέγοντιν οὗτῳ καὶ φάσκω φαύσκω etc.: quibus vocibus addas δεύτ, i. e. δέFω, vulgo δέω, καλαῦροψ, quod Hesychio est καλάβροψ, ut λαῆρα et λαβύρινθος, κάναξ, quod etiam κήνης et κῆξ sonat (q. 479). In omnibus his vocibus *v* vice digammi fungi luculenter appetet, exceptis αὐτάρ, quod diserto testimonio non Aeolicum, sed κοινὸν esse traditur Anecd. Oxon. I, 67, 11, et φαύσκω, neque est quod mireris de grammaticis pleonasmum Aeolicum litterae *v* sibi singentibus. Huc accedunt multae Hesychii glossae, quas laudare non alienum videtur:

ἀνελλαι, ἄελλαι. ἀνιδετοῦ, ἀφανοῦς. ἀνετῆ, τὸν αὐτοετῆ. ἐνείρω, εἴπω. ἐνέθωκεν, εἴωθεν. ἐνάλωκεν, ἔάλωκεν, quod iam supra occurrit. In mediis autem vocabulis *v* pro digammo positum appetet in his glossis:

ζόνιον ἡ ζόνον, θηρίον ἡ ἐρυσίπελας pro ζόFion, ζόFov a radice ζόF, vivere; φάνος, φανοφόροι, ιέρειαι· Αἰολεῖς; et gramm. Meerm. p. 658: ἔνα, ἔνασον, item Gregor. Corinth. p. 354, nec video, cur reprehendi tales formae possint ab Ahrensius de dial. Dor. p. 49. not. 23, quamquam Joann. Gr. de Doride 243, 6 τὸ ἔνα, ait, ἔβα,

et Etymol. M. 308, 27: ἔβασον ἀντὶ τοῦ ἔασον, συγχώ-
ησον· οὕτως Συρακούσιοι καὶ Λάσκωνες· γέγονε δὲ πλεο-
νασμῷ τοῦ β; et Hesychius: ἔβασον, ἔασον· Συρακούσιοι.
Porro, ut ad Hesychium redeam: νέσις, νεστάκα, ab ἔν-
νυμι, quod erat Fēnnūμι, ὕλη ab radice FēλF (volvo),
v. εῦλω, quod est FēλFω, Υέλη, de quo nomine vide
infra. Nec minus huc pertinet Λανάγητε in titulo Laco-
nico Corp. inscr. I. n. 1466, vocabulum ab λαFōς com-
positum, unde ΛαFούFων, quod Priscianus in epigram-
mate vetere Byzantii in Xerolopho vidit (I. p. 23 ed. Krehl.).
— Quae cum sufficere videantur ad demonstrandam hanc
digammi mutationem, de nomine Υέλη, utpote in quo
fere omnes digammi mutationes appareant, nonnulla hic
addere lubet. Υέλη enim urbs Lucaniae a Phocaeis ex
Ionia fugientibus condita a Romanis Velia appellabatur,
et digamma huic nomini inesse a Dionys. Hal. I, 20 diserte
traditur, ubi a paludibus, quibus urbs cincta erat, deri-
vatur. Ab Herodoto haec urbs (I, 167) vocatur Υέλη,
a Dionysio Hal. I. I. Οὐέλια, apud Ptolemaeum geograph.
III, 1 Οὐέλιαι, Stephanus Byzantius et Βελέα et Ζέλεα
dixit, apud Latinos olim formam, quae est Hestia, in usu
suisse Plinius H. N. III, 5, 10 et Servius ad Verg. Aen. VI,
366 testantur, sed vulgo Veliam dixerunt, ut Cicero ad
fam. VII, 19, Philipp. I, 4, Horat. epist. I, 15, 1, alii; de-
nique Strabo VI. p. 252 Ζέλεα.

Iam restat, ut pauca quaedam, quae eadem huc spe-
ctare videntur, adiciam. Est enim etiam, ubi digamma in
ov mutatur sive potius cum sequenti vocali in hanc diph-
thongum coalescit, veluti in οὐτᾶν, quod apud Lettos
sonat wāts, apud Anglosaxones vund, quocum conferas

Latinum vulnus, (cf. Pott, I. l. I, p. 122) et sane tale quid
usu venisse ex ipso sermone Homerico intellegitur, ubi
vocabulum compositum omissa, quae postea vulgo insere-
batur, littera ν, ἄστρος reperitur. Eodem pertinet οὐρέω,
quod sine dubio cognatum est Sanscr. vocabulo वारि,
aqua. Unde simul discimus nullam aliam fuisse causam
augmenti quod vocant syllabici adhibendi, nisi aut di-
gamma vocibus praefixum aut, quod rarius accidit, aliam
litteram prius in talibus verbis pronunciatam. Sed haec
pluribus infra videbimus.

§. 2.

De digammo sub o latente.

Litteram o digammi vice fungi haud paucis exemplis
demonstratur. Sic quod Graece sonat οἶχος, Latinis est
vicus et Sanscr. radix est विः, atque apud Sapphonem
fr. 27 (Schneidew. Delect. p. 303) legitur ξννΦοῖχην; οἶνος,
vinum, οἶδα, quod Alcinan fragm. ult. ap. Matth. οἴδα
dicit, cum Sanscr. वेदा cohaeret et eodem pertinet apud
Latinos *videre*. Sed o, quamquam in locum digammi sub-
stitutum est, postea tamen ubi cum sequenti vocali i in
diphthongum coaluit, F quasi redundans in fronte accepit,
et sic ortae sunt formae Φοῖνος, Φοῖχος, ceterae, quae
cum in titulis leguntur, ut n. 1565, tum apud poetas
Aeolenses, ut Alcae fr. 31 (Schn. Del. p. 275). Item οἴγω
sive οἴγνυμι in fronte digamma habuit (v. Pott. I. p. 122),
et οἴραω, a quo έώρων, si quidem recte a Pottio cum
Sanscr. व्री व्रि et Germanica voce wara i. e. custodia
comparatur. Alia vocabula, quae o loco digammi praebent,
sunt οἶος i. e. Φίος, οἶος i. e. Φίος, οἶοντα sive οἶονον

i. e. Φιονία sive Φιονον, collato ίτεα i. e. Φιτέα, vitex;
Οἰνλος, cuius urbis nomen etiam Βείνλος vocatur, de
quo Boeckhius ad inser. n. 1323 haec adnotavit: »Βεί-
νλος est Οἰνλος, Ο et Β enim digamma representant.
Ptolemaeo est Βίνλα, hodie Bitylo, Vitulo.« Eodem spe-
tant Όλισσήν, quod etiam Βλισσήν et Λισσήν pronun-
ciabatur (v. Ahr. de dial. Dor. p. 50), et fortasse Όιλενς,
cuius nominis formam Πλεν̄ς memorant Etym. M. p. 346, 41,
Eustath. p. 101, 19 et pluribus p. 650, 45, ubi Hesiodum
pro Όιλέα Πλέα dixisse narrat; Hesiodi autem versum ser-
vavit Etymol. Gudianum s. v. Πλεν̄ς, ad quem etiam re-
spexit schol. ad Pind. Olymp. 9, 167: Ιλιάδα] τοῦ Όιλέως
παιδὸς τοῦ Αἴαντος τοῦ Λοχοῦ· ἀνεν δὲ τοῦ ο εἰρηνε
τὸν Ιλιάδα, ὡς πον φησὶ καὶ Ήσιόδος. Stesichorum
candem huius nominis formam usurpasse testatur Eustath.
p. 1018, 58. Luculentissimum vero huius digammi muta-
tionis exemplum est Οαξός, quod et urbis nomen est a
Stephano Byzantio commemoratae et fluvii ex Vergil. Bu-
col. I, 66 noti in Creta insula, atque o digammi vicem
hic gessisse e numis Axiorum, ubi modo ΕΑΞΙΩΝ modo
ΦΑΞΙΩΝ occurrit, clare patet; cui addas formam Οανις
(in inser. apud Boeckh. II. p. 401), eius Siciliae fluminis
nomen alibi Ανις sonat. At non solum initio vocum,
verum in mediis quoque o digammi loco positum appetat,
ut in ἀσιδός, quod olim ἀΦιδός sive ἀΦνδός sive etiam
ἀΦοιδός sonuisse vel ex Sanscr. verbo vad, cui sonandi
vel loquendi notio inest, recte colligitur, et in δοάν pro
δΦήν, quod testatur schol. Dionys. in Bekk. anecd. p. 949,
20: τὸ δοάν παρ' Ἀλκμάνι Δωρικῶς δέχνεται, γεγονός
οὖτω δῆν, δάν, δοάν, et Joann. Alex. Τόν. παραγγ.

p. 37, 31: *ιὸ δοὰν δέχνομενον πλεονασμὸν ἔχει τοῦ ο,*
δήν, δάν, δοάν, grammaticorum more de pleonasco cogitans. Sed est sane, ubi verborum specie cognatarum linguarum ratione non habita falli possimus; id quod Pohlio accidit, qui cum in dissertatione de digammo scripta plurima vere et non sine fructu monuerit, tamen ὄη and
δαρέω et *δαριστής* et *δαριστός*, voces ex Homero cognitas, utpote quae a radice ἀρω i. e. *Fάρω* (*Fαραρίσκω*) derivandae sint, o digammi loco praebere non recte statuit. Nam in ἀρω et similibus verbis nullam digammi sedem fuisse Pottius l. l. I. p. 123 optime docuit. Cauta igitur agendum est quippe in re tam lubrica tantisque difficultatibus impedita, ne quae primo aspectu veritatis speciem praebere videntur, ea arripiamus et venditemus pro veris.

§. 3.

De digammo in ε soluto.

Digamma solutum esse in ε ex multis vocabulis colligere possumus. Huc spectant voces ἔε, i. e. *FεFέ* (Y, 771), ἔο̄ i. e. *FεFο̄* (N, 495), ἔό̄ i. e. *FεFό̄ς*, ubi spiritus asper digamma initiale indicat, ἔεδυα, ἔεκοσι, in inscr. *Fίxατι*, Sanser. winçatti, ἔεις (Hes. Theog. 145), ἔισος, ἔισκω, ἔεισάμενος, ἔελθομαι, ἔελδωρ, cuius simplex forma ἔλδωρ apud Homerum non reperitur, ἔελπομαι, ἔειπον, ἔέργω, ἔέρση, Sanser. rad. wrish, aliae, quibus digamma praefixum fuisse inter omnes constat, licet non ubique ex cognatarum linguarum comparatione id demonstrari queat. At sunt sane voces, ubi, ut Pottius l. l. I. p. 129 praecclare animadvertisit, digamma singulis quibusdam dialectis proprium fuisse censendum sit. In eis autem vocabulis,

ubi digamma in ε abiit, praeterea id cavendum est, ne F etiamtum pronunciatum esse credamus, cum ε digammi gerit vicem. Quod si observaverimus quamquam in multis vocibus ab o loco digammi incipientibus neglectum est, tamen non statuemos e. g. ἔέργει digamma cum insit, scribendum esse ἔFέργει. At illud scilicet et *ἔFεργαζόμην*, *ἔFεργασάμην*, et *FέFέργασμα* scribendum esse appareat. Nec solum ante vocales digamma in ε solutum est, sed etiam ante liquidam ρ. Quo spectant voces ἔρέω, cuius perfectum tempus εἴρηκα videtur suisse *FέFέρηκα*, et ἔρνω, cui deinde digamma quasi redundans praefigebatur, ut verbum *Fέρνω* evaderet, et fortasse ἔρεσσειν, si quidem Pottio (l. l. II. p. 167) creditus Latinorum vocem, quae est remus, cum illa comparanti. Neque vero cum digammo vocabulis praefixo litteram σ confundere debemus, quod nisi caverimus, omnia sursum deorsum vertemus. Sic igitur collatis ἔεστο εἰσα et sedere, ἔρπω et serpo, ἔπομαι et sequor, σ potius his verbis tribuemus quam F; ac tantum abest, ut digamma in formis [ἐπιείσομαι (Y, 454)] ἔεισοτο (O, 415) et ἔεισάσθην (O, 544) inesse censeamus, ut eas, quippe a verbo λέναι derivandas et cum κίω coniungendas, kappa initiale abiecisse videamus.

§. 4.

Num digamma in ι abierit?

Quantam vim hexameter heroicus in multarum vocum et flexiones et compositiones exercuerit, cum ex aliis rebus intellegitur, tum vero etiam ex hac, de qua agimus, digammi mutatione. Ac primum quidem de terminationibus genitivi primae ac secundae declinationis casus αο et οιο

dicendum videtur. In terminacione *ao F* fuisse vel ex inscriptione illa Corcyraea, ubi *TlaſtiaFo* legitur, patet, et in terminacione *oio* digammi loco positum esse, quod iam Payne-Knighthius Prol. ad Hom. §. 102. p. 47 divinaverat, contra Boppium et — *ao* et — *oio* ex Sanscrita genet. mascul. terminacione explicantem iam Duentzerus (die Declination der indogerm. Sprachen, 1839, p. 83) ac Buttmannus et Ahrensius in Mus. Rhen. Nov. II. p. 161 recte mihi videntur statuisse. Dicendum igitur nobis erit *τοῦ* ortum esse ex *τόFo* (sive etiam *τόFFo*), *αὐτοῦ* ex *αὐτόFo*, *ἐμεῖο* ex *ἐμέFo*, *σεῖο* ex *σέFo*, *εῖο* ex *ξFo*, et *Ἰλίου* atque *Αἰόλου*, quae voces cur medium syllabam producant sane est quod mireris, scribantur necesse esse *ἸλίοFo* et *ΑἰόλοFo* sive, quod et ipsum fieri posse puto, omissa *F* *Ἰλίoo* et *Αἰόλoo*, quas formas Buttmannus et Ahrensius Homero reddendas esse l. l. bene docuerunt. Digamma autem in formis *τοῦ* et similibus geminatum fuisse ex duplicatione et aliarum litterarum et ipsarum labialium colligimus idque ob metrum versus heroici factum esse nemo non concedet. Ac talis hexametri vis etiam conspicitur in vocabulis aliter formati. Sic *Θεῖη*, quod legitur Z, 507 ex *ΘέFFη* natum est, cum digamina in hoc verbo fuisse vel Aeolicum illud *Θένω* satis ostendat, et *ἔαρ*, quod olim haud dubie *FέFFαρ* fuit, factum est *εἴαρ* i. e. *FέFFαρ* et adiectivum inde derivatum *εἴαρινός* i. e. *FέFFαρινός*. Sed haec ipsa vox *ἔαρ* quot et quantae digammi mutationes paullatim sint factae, bene docet. Primum enim fuit *FέFFαρ*, ex quo deinde natum est *FέFFαρ*; sed digammo inter duas vocales omissa, quod saepius factum esse iam vidimus, *Fέαρ* prodiit et postea *εα* contractis in

η Fῆρ, quod ipsum abiit in *βῆρ* formam ab Varrone commemoratam. Alia huius digammi mutationis exempla sunt: *δλοιῆσ* (A, 342) et *δλοιή* (X, 5) i. e. *δλοFFῆσ* et *δλοFFή*, *εἰοικνῖαι* (Σ, 418) i. e. *FεFFοικνῖαι*, *είανός*, (Π, 9) i. e. *FεFFανός*, *παλανός* i. e. *παλαFός*, unde postea *παλανός* et *παλαθός*, *χλεῖος* i. e. *χλέFFος* pro *χλέFος* (v. Corp. inscr. n. 1); *δείδια* pro *δέδFια*, *δειδικώς* pro *δεδFοικώς*, *δείρω* i. e. *δέρFω*, unde Suidas *δερβιστήρ* (v. infra) et *δέρρη* Aeoles pro *δειρή* (v. Ahr. de dial. Aeol. p. 59), in quibus vocibus digamma per metathesin loco suo motum vides: porro *νείός* (γ, 32), collato Sanscr. *navas* et Lat. *novus*, *φύιω*, *ἀλύιω* (Etymol. M. p. 254, 17) i. e. *φύFω*, *ἀλύFω*; et fortasse *ζειαί* (δ, 604) pro *ζεFFαί*, quod fuit *ζεFαί*, et *λείονοιν* (E, 782. H, 256) pro *λέFFονοιν* i. e. *λέFονοιν*, *μειλανή* (Ω, 79) pro *μέλFανη*, *δεῖος* pro *δέFFος* i. e. *δέFος*, *ἀδειής* pro *ἀδεF-Fής* (*ἀδεFής*). Sed quoniam figurae metatheseos ut in digammo factae mentionem feci, eam revera in digammo reperiri et ita quidein, ut e. g. *ξεῖνος* e *ξένFος*, quod in inscriptione quadam Corcyraea supra allata legitur, ortum sit, infra pluribus videbimus. At est etiam, ubi *ε*, quamquam eiusmodi verba digammo instructa sunt, tamen illius vice non fungatur. Huc pertinent formae *εἰγαζόμην* i. e. *ἐFεγαζόμην* et omissa digammo, *ἐεγαζόμην*, quod deinde in *εἰγαζόμην* contrahebatur; *ἐFεγασάμην*, *ἐεγασάμην*, *εἰγασάμην*: *εἴα* i. e. *ἐFFα* etiam tum cum praepositio huic verbo inest (v. Pott. II. p. 71), atque apud Homerum adeo in praesenti *εἰάω*; *εἴθιζον* i. e. *ἐFέθιζον*, *εἴλον* i. e. *ἐFέλον* a rad. *Fέλ*, *εἴστιασα* i. e. *ἐFέστιασα*, coll. Lat. *Vesta*. Huc autem non cadunt verba *ἔςω*, *εἴρω*,

έλκω, ἔλκνω, ἔπομαι, ἔρπω, ἔρπνζω, quibuscum si com-
paraveris sedeo, sero, sulcus, sequor, serpo, in eorum
formis εἵλκων pro ἔσελκων, εἵρπων pro ἔσερπων, εἵπόμην
pro ἔσεπόμην, ubi σ in aoristo secundo ἔσπόμην etiam-
nunc appetet, έεστο et είσα pro σέσεστο et ἔσεσσα, έερ-
μένος pro σεσεμένος ab εἴρω littera σ per metathesin
loco suo mota (v. Pott. II. p. 290) — in omnibus igitur
his formis litteram σ excidisse recte censebis.

§. 5.

De spiritu aspero digammi defectum indicante.

Quod hic mihi demonstrandum sumpsi, id optime ex paucis exemplis elucebit. Huc spectant ἄγνυμι i. e. Φάγνυμι; ἀΦέλιος, δέλιος, ἡέλιος, Φαέλιος (ap. Sapph. fr. 79), ἄλιος,
ἡλιος, ἄμαξα pro Φάμαξα (teste Mar. Victor. p. 2461),
έκας, έκάεργος, είλον pro ἔΦελον, είς, είμα et έννυμι,
έκών, έκηλος, Έλένη (teste Mar. Victor. ibid.), έπερδος
i. e. Φέσπερδος, vesper; ίκνέομαι, ΙΚΩ, i. e. Φικνέομαι,
ΦΙΚΩ, quod verbum apud Sapph. fr. 59 (Schneidew. Del.
p. 312) formam Φίξω praebet: porro "Ἐνετοι, Veneti, οὐ,
οἱ, έ, ος, έός, θμᾶ pro Φομᾶ (vide Thiersch. gr. Gr.
§. 153. n. 48). Nec dubitaverim hoc referre, quod in
tabulis Heracleensibus legitur, τετραΦέτηρος, similia, non
cogitans de quadratarii incuria: postremo έρχος, et tamen
έργω et είργω i. e. Φέργω et Φέίργω. Nunc unum tan-
tum habeo, quod addam. Nimirum hic quoque nobis ca-
vendum est, ne festinantius agamus digamma tribuentes
eis vocibus, quae abiecta littera sibila spiritum asperum
aceperunt. Inter eiusmodi voces referenda sunt: ἀλλο-
μαι, salio; ἀλς, sal; είρω, έρμα (cf. Ξ, 182), sero; έπομαι,

sequor; έρπω, έρπυλλον, serpo, serpyllum; έζω, sedeo
(cf. Ζ, 578) et ήμαι (cf. Α, 412); ήμισυ, semi (cf. ν, 114);
ιστημι, sisto; δλκος, sulcus; ὅλη, sylva (cf. Ξ, 285, ε, 257);
ὑπέρ, super (cf. Ψ, 280), ίπτο, sub (cf. Ο, 275); ίπνος,
synpos (Gell. N. A. XIII, 9), ἄνπνος ς, 84.

§. 6.

De digammo in β mutato.

Hac digammi mutatione utpote in litteram medium la-
bialem cum nulla sit facilior, saepissime ea facta est. Ac
primum quidem hic commemorandus est frequentissimus
ille Aeolensium usus ante voces ab ρ incipientes β loco
digammi ponendi, de quo etiam veteres grammatici pree-
cepta tradunt, ut Apollonius de adverb. 567, 20, cuius
haec sunt verba: μὴ γὰρ ἄλλοτε προστίθενται Αἰολεῖς
τὸ β τῷ ρ, εἰ μὴ τὸ δ ἐπιφέροντο κατὰ τὴν έξῆς οὐλ-
λαβήν η τὸ συγγενὲς ζ η τὸ συμπαθέσιερον τ· ἄπαξ
γὰρ τοῦ κ ἐπιφερομένον η πρόσθεσις ἐγένετο· διὰ τοῦτο
βρόδον φασὶ καὶ βρίζει καὶ βρυτήρες· οὐ μὴν τὸ δέω
ἔτι βρέω φασὶν οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, quibuscum
conferas Eustath. p. 222. 3 βράκος vocem ab Apollonio
omissam addentem (v. Ahrens. de dial. Aeol. p. 34. not. 9).
Sed grammaticos ne hic quidem de β digammi vicem ob-
tinente cogitasse et ipsorum de hac digammi mutatione
silentium coarguit et ridicula illa, quam Apollonius adie-
cit, condicio, qua, nisi δ, τ vel ζ voci alicui insint, β lit-
terae ρ non praeponatur; quamquam idem ille Apollonius
non unicuique vocabulo ab ρ incohato β olim praefixum
fuisse recte monuit. Aliquanto melius praecipit Priscianus
(I. p. 23. ed. Krehl.) haec dicens: »In β solet apud Aeoles

transire digamma, quotiens ab ϱ incipit dictio, quae solet aspirari, ut ἔγγιτωρ βρογγίτωρ dicunt^a, quo exemplo etsi Apollonii sententia non refutatur, nonnullis tamen vocibus, ne cum Apollonio faciamus, vetamur; et assentitur Prisciano Ioannes grammaticus, qui hoc fecisse ait Aeoles, ut aspirationem evitarent (*ἴνα ψυλὸν γένηται*). Sunt igitur hae sere voces, quae ab ϱ incipiunt, β loco digamma instructae: βρᾶ i. e. ἔέσα. βροτῖδος i. e. ἔάδιος, apud Apoll. de adverb. 567, 20, Hesych., Eustath. 163, 21. — Βραδάμανθνς ap. Ioann. gramm. 244, 6. — βράδινος, Sapph. ap. Hephaest. I. p. 43. ed. Gaisford, fragm. 18 et 55 ed. Ahrens. — βραδανίζει. τινάσσει. Hesych. — βράκαλον. δόπαλον. Hesych. — βράκος ap. Theocrit. 28, 11, Ioann. gramm. p. 237a, Eustath. 222, 3. — βράγναι. ἔαναι ap. Gregor. Cor. p. 689 ed. Schaefer. — βραταγέω in Hesychii glossa ἐβραταγήσεν. ἐψύφρησεν. — βρατάναν, τορύνην. Ἡλεῖοι: Hesych. — βρῖςα ap. Apoll. de adverb. l. l. — βρῆτωρ ap. Priscianum l. l. — βρόδον. Etymol. M. 214, 31, Hesych., Ioann. gr. 244, 6, Apoll. l. l., Gregor. Cor. p. 572, alias. — βρονίδεις, Etymol. M. 214, 31. — βρονίζεις ap. Apollon. l. l. et Ioann. gr. 244, 6.

Nec vero solum ante ϱ digamma abiit in β , sed omnino ante omnes litteras. Etymol. M. 426, 11 haec verba leguntur: ἔθος τῆς Αιωνίδος διαλέκτου τὸ β προσγράφεσθαι ταῖς ἀπὸ φωνήντος ἀρχομέναις λέξεσι. Etymol. Gud. ex Herodiano 114, 12: γέγονε δὲ τὸ βαῦνος πλευραῖς τοῦ β καὶ τὰ λάκωνας· οὗτοι γὰρ τὸ ίδεῖν βιδεῖν λέγονται. (cf. Etymol. M. 257, 52. Suid. s. v. δερβιστὴρ. Eustath. 1654, 20). Eundem litterae β usum Aeolicum agnoscit Terentianus Maurus p. 2397 his verbis:

Quamque ιτν dicunt Achaei, hanc βιτν gens Aeolis; Plura Sappho comprobavit, Aeoles et caeteri; atque Ionibus id tribuit Varro de l. l. V, 2. Fuit igitur β loco digammi ponendi communis omnibus Graecis usus, id quod vel evidentius glossarum serie maximam partem ex Hesychio petitarum probatur. Ex quibus quae plurimum facere mihi videntur ad rem nostram conficiendam, eas breviter hic enumerabo: ἀβάτοι. ἀάστοι Hesych. i. e. ἀFάFατοι sive ἀFάFFατοι, duplicato, ut fieri solet, digammo. — ἀβείδω Lacones pro ἀείδω. — ἀβέλιον, ἥλιον· Κρῆτες, et ἀβελίην, ἥλιακόν· Παμφύλιοι. ἥλιος igitur ab initio fuit ἡFέλιος sive ἀFέλιος sive duplicato digammo ἀFFέλιος, cum α sit prostheticum neque ad radicem vocis quae est Φέλ pertineat; et quid digammo in variis Graecorum dialectis factum sit, hoc ipsum vocabulum optime ostendit. Antiquitus enim fuit ἀFέλιος, pro quo Cretenses dixerunt ὀβέλιος, Pamphylii βαβέλιος (Eustath. 1654, 20), Aeoles Φαέλιος, ut Sapph. fr. 79, Iones ἥλιος et postea ἥλιος, Dores ἀέλιος et postea ἄλιος spiritu aspero digammi vicem gerente. Aliae apud Hesychium glossae, quae hue spectant, sunt: βέλα. ἥλιος καὶ αὐγή· ὑπὸ Λακώνων. — βελλάστειαι, ἥλιωθήστειαι, quibuscum conferas apud eundem ἔλλα, ἥλιος, αὐγή et ἔλαται, ἥλιοται. — ἀβηδόνα, ἀηδόνα; quae vox cognata videtur cum ἀείδω. — ἀβήσ, οἴκημα στοὰς ἔχον, ταμεῖον· Λάκωνες; quod pertinet ad ἄηρ, Lesbiace ἀνήρ. — ἀβώρ, ἥώς et ἀβώ, πρώι· Λάκωνες, ubi Lesbii dixerunt ἄνως. — αἰβετός, ἀετός· Περγαῖοι. Hesych. et Elym. M. 28, 7. Haec vox primum sonabat ἀFετός, ex quo et pro digammo inserto ortum est αἰετός et ex hoc digammo similiter ut in Φοῖκος,

Foῖνος, servato αἰθετός. — ἀκροβάσθαι, ὑπακούειν. Hesych. — βάγιον. μέγα. Hesych. — βάγος, κλάσμα ἄριον, μάζης ab ἄγνυμι i. e. *Fáγνυμι*; sed quod deinde sequitur καὶ βασιλεὺς καὶ σιρατιώτης huc pertinere non posse appareat. — βάξον, κάταξον. — βάδομαι, ἀγαπῶ. Hesych. i. e. ἥδομαι, et βαδύ, quod Elei dicunt pro ἥδύ. Pausanias V, 3: αὐτὸ τὸ χωρίον, inquit, Βαδί ὀνομάζοντι καὶ ποταμὸν τὸν ἔοντα ἐνταῦθα ὕδωρ βαδύ ἐπιχωρίῳ φωνῇ. Digamma autem his vocibus praefixum suisce Sanscr. swādus nos docet. — βαίκα, ἐάν' Κρῆτες i. e. *Faίκα*, αἴκα, Hes. — βαίνη, ὑβρις. Hesych. — βαλικιώτης, συνέργηβος. Κρῆτες. βάννας, βασιλεὺς παρὰ Ἰταλιώτας. Hesych. pro ἄναξ, *Fáναξ*, quod confirmatur formis Ἐνδριβάνασσα in titulo Laconico n. 1323 et *Baναξιβουλος* in titulis Creticis n. 2572 et 2577. — βασκαρίζειν, σκαρίζειν. Κρῆτes; sed βα syllaba non praefigebatur, immo longior extitit forma huius verbi ἀσκαρίζειν, cui β pro *F* videtur additum suisce. — βάριχοι. ἄρνες, et βάρνες pro ἄρνες dictum videtur (v. Ahr. de dial. Dor. p. 45). Deinde ἄριχα, ἄρρεν πρόβατον, quod Pohlius a nominativo ἄρις i. e. *Fáρις* sive potius *FáρFiς* derivat et optime cum Lat. *vervex* etiam *berbex* et *verbex* sonante comparat. — βαρρεῖ, ἀπολεῖ. βέρρης, δραπέτης. βέρρειν, δραπετεῖν, pro ἔρρω i. e. *Féρρω*. — βείκας, μακράν, et paullo post βέκας cum eadem interpretatione, et βεκῶς, μακρόθεν, et βεικάσθων, κατ' δλίγον προβάς: ἔκας igitur et voces inde compositas digamma in fronte habuisse nemo negabit. — βείκαι, εἴκοσι. Λάκωνες. Digamma pro β conspicitur in multis titulis supra allatis. — βειλαρμόστας, βειλάρχας. Ταραντῖνοι, quos Lacones suisce inter omnes constat. Prior huius vo-

cabuli pars ab εἰλη sive ῥη, quae vox etiam ἑλη dicitur, derivanda est. Ceterum cf. *Fιλαρχίορτων* in titulo Boeotico supra laudato (p. 4). — βειρακες, ίέρακες, et βειρακή, ἡ ἀρπακτική, unde *Fίραξ* olim suisce patet; sed Homero fuit ἵρης. — βειρόν, δασύ, quod Homero est ἔριον sive εἴριον. — βεικηλα, νωχελῆ, ἀχρεῖα. Λάκωνες; haud dubie idem quod ἐκηλος sive εἴκηλος (v. Buttm. Lexilog. I. p. 145). — βεστὸν vel βεττὸν Lacones ἴμάτιον dixerunt, Etymol. M. 195, 44. — βήλημα (quod Salmasius e βέλημα correxit), κώλυμα, φράγμα ἐν ποταμῷ. Λάκωνες: ab εἰλέω deducendum et idem quod εἴλημα. — βηράνθεμον, νέρωνισσος. οἱ δὲ *Fηράνθεμον* (quod Τηράνθεμον librarii culpa falso scriptum suisce iam Albertius intellectus) λέγονται. βῆρι Iones dixisse supra iam vidimus. — βιδεῖν Laconicum dicitur pro ἰδεῖν s. *Fιδεῖν* Etymol. Gud. 104, 12. — βιδεοι vel βίδεοι in inscription. (v. Boeckh. corp. inscr. p. 609. a) Pausaniae (III, 11, 2 et 12, 4) sunt βιδιστοι, grammaticis βειδιοι (v. Ahr. de dial. Dor. p. 47. not. 15), quod Boeckh. l. l. derivat ab ἰδνιοι. — *Βίρις* pro Ἰρις, Pausan. (Lacon.) III, 19, 4. — βίσχυν, ἴσχυν, σφόδρα (δλίγον). Λάκωνες; pertinet ad stirpem ις (vis). — βινέω vel βιονέω pro ἴνχω, quemadmodum pro λάχω dici possit βιάχω. — βίωρ, ἴσως, σχεδόν. Λάκωνες. — βοῖνος apud Cretenses dictum videtur pro οἶνος i. e. *Foῖνος* (v. Ahr. de dial. Dor. p. 47). — βλεέρει, οἴκτείρει. Βοιωτοί. — βορθαγορίσκεα, χοίρεα κρέα, καὶ μικροὶ χοῖροι βορθαγορίσκοι. — βορθία, ὁρθία. — βόρμας, quod recte Pohlius scribi vult βόρμης, μύρμης, et infra ὅρμηκας (formica), μύρμηκας. — γαβεργός, ἔργον μισθωτός. Λάκωνες. Nimisrum γαβεργός est ὁ τὴν γᾶν (γῆν) *Fεργα-*

ζόμενος, Attice γεωργός. — γραιβία ἡ γραιτία (potius γραιFία, eodem quo supra τηράνθεμον legebatur errore), πανήγυρις. Ταραντῖνοι. — δαβελός, δαλός. Λάκωνες. Eiusdem vocis quae antiquitus fuit δαFελός et δανλός (Eustath. 1654, 27), deinde omisso digamma δαελός et contractis αε in α δαλός (Etymol. M. 246, 35: Λέγεται δὲ καὶ δαελός καὶ δαλός παρὰ Σώφρονι), forma δαελός F per i redditum ostendit. — ἐβάω pro ἐάω apud Lacones et Syracusanos, Etymol. M. 308, 27. — θαβακός, θακός ἡ θρόνος. — ἔρβως, ἔρως. — λαίβας, λαπίδας. Κρῆτες, i. e. λαίάς a laeva manu, qua scutum gestabatur. — ὁρούβω pro ὁρούν Pamphylii dixerunt, iidem φάβος pro φάος. Eustath. 1654, 20: ἐν δὲ ἐτέρῳ τόπῳ, inquit, λέγει ὁ Ἡρακλείδης τοὺς Παμφυλίους ἄλλως χιλίειν τῷ β προτιθέντας αὐτὸν παντὸς φωνήντος. τὸ γοῦν φάος φάβος λέγονται καὶ τὸ ἀέλιος βαβέλιος· οὗτοι δὲ φησι καὶ τὸ ὁρούώ φορούσι καὶ περισπωνέως ὁρούβω. — ὥβεα, τὰ ὥδα. Αργετοί, Hesych. (ova). — ἔζωβαθμια, ἐνώτια. Λάκωνες, Hesych., derivandum ab οὖς, cui digamma infuisse etiam Λ, 109 demonstrari videtur.

§. 7.

Quid de γ loco digammi positio censendum sit?

Iam ad eam digammi mutationem pervenimus, quam utpote grammaticorum errore γ pro digammo (Γ pro F) scribentium vocabulis quasi inculcatam revera factam esse multi negaverunt. Etenim postquam Bentleius Hesychium multas eiusmodi voces afferentem ridiculum hanc ob causam vocavit (in not. ad Dawes. Miscell. crit. p. 319), auctore

illo, ut videtur, non solum Heynus (Il. VII. p. 709) de tali grammaticorum errore cogitavit, sed etiam Thierschius (Gr. gr. §. 152. n. 9) ceteroquin tam bene de digammo praecipiens, quibus assentitur Marsh (Hor. Pelasg. I. 4. p. 79). At non est cur possis offendti in tali digammi mutatione, si modo litterarum mutationes in cognatis linguis respicias. Sic apud Latinos w, quod ipsis est v, nonnumquam abiit in g vel gu, ut pinguis coll. Sanser. pīvara, et ningere, ninguere (nix) ex radice niv, quod Gothorum snaivs ostendit, pariter atque Graecorum νίγω digamma in φ mutato ortum esse nemo negabit (v. Pott. II. p. 121); id quod apud Romanicas gentes adeo increbit, ut e. g. Francogalli gaīne pro vagina dicant, ubi Itali guaiña, gouipil pro vulpecula, ubi Itali golpe et volpe, guēpe pro vespa, gâter pro vastare (Itali guastare), givre pro vipera. Adde quod Iali dicunt guado pro vadum, guaire pro vagire, guisa pro eo, quod nobis est Weise, quod quae factiones cis Alpes Welsen, Waiblingen, eae trans Alpes Guelfi, Ghibellini vocabantur (v. Jac. Grimm, Gesch. d. deutsch. Sprache p. 207), aliaque similiter multa. Ex quibus exemplis quamvis gamma pro digammo ponii potuisse pateat, non tamen cum Hoffmanno (Quaest. Homer. II. p. 9) gamma ut nostrum w, i. e. digamma F sonuisse, e. g. γέντο ut néyro, censente, quam et ipsius Ahrensii (de dial. Dor. p. 73) sententiam esse video, facere possumus; id enim si statueris, etiam in ceteris digammi mutationibus, qualescumque sint, verum digammi sonum pronunciatum suisse colligere possis, nec tamen id fieri posse intellegitur. Sed haec satis sunto ad probandam litterarum F et Γ cognationem. Neque vero idecirco Γ et F confundi potuisse negaverim

et multum cautionis adhibendum esse in enumeranda vocabulorum serie, quae γ loco digammi in fronte praebent. Sunt igitur omnibus perpensis hae fere voces, quae ea proprietate gaudent:

Γάδεσθαι, ἡδεσθαι. — *Γάδεται, ἡδεται.* — *Γάδονται, εὐγραίνονται.* — *Γάκα, ἡδέως.* — *Γαδύ* (sic enim scribendum pro *Γάλα*), ἀδν. — *Γανδένειν, ἀρέσκειν.* — *Γαδεῖν, χαρίσθαι.* — *Γαδεδάν, χείρειν.* — *Γαδεώ, χαρά.* — *Γάσσαν, ἡδονή.* — *Γάδιξις, δυολογία,* cf. ἄδιξις, δυολογία παρὰ Ταραντίνοις. — *Γάλι, ικανόν,* pro ἄλις. — *Γατάλαι, οὐλάι,* sive ὠτειλαὶ et fortasse cum Ahrensius non *Γατειλαῖ*, verū *Γατειλαῖ* legendum. — *Γάλιος, παράδεισος.* Eiusdem stirpis est Homericum ἄλωχ. — *Γάλλοι, ἥλοι.* — *Γέαρ, ἔαρ.* — *Γέκαλον, ἥσυχον,* i. e. *Φέκηλον.* — *Γεκαθά, ἑκοῦσα.* — *Γέλαν, αὐγὴν ἥλιον.* — *Γελοδνίτις, ἥλιοδνίτις.* — *Γελεῖν, λάμπειν, ἀνθεῖν.* — *Γέλλαι, τίλαι,* i. e. *Φέλλαι*, unde Lat. vellere. — *Γελλίξαι, συνειλῆσαι,* ab εἰλέω, εἰλίξω, quod Aeolibus *Φελλίξω* videtur fuisse. — *Γελίκη, ἔλιξ.* — *Γέλοντρον, ἔλντρον ἥγουν λέπνυρον, ab ἔλω, ἔλνω, εἰλίω.* ον et breve et longum licet Boeoti Laconesque pro ῦ et ṷ (v. Ahr. de dial. Aeol. §. 38, 3. p. 180, 181) dixerint, tamen haec glossa, cum Hesychius ν in ον mutati nulla Boeotica exempla servaverit, Laconica videtur. — *Γέμματα, ἴμάτια,* i. e. εἵματα. Eiusdem stirpis sunt *Γέστρα, στολή,* et *Γεστία, ἐνδύσεις, ἴμάτια.* — *Γέννοντις Κύπριοι,* καὶ λαβὲ καὶ κάθιζε. — *Γέντο, ἔλαβεν, ἀνέλαβεν.* — *Γέννος, ἀρχαῖος* pro ἔνος, in quo digamma fuisse compositum τετραενής proclamat et glossa Hesychii, qua φ loco digammi conspicitur, φέννος, εὐιαντός. — *Γέντα, κρέα, σπλάγχνα;*

et *Γέντερ, ἡ κοιλία,* i. e. *Φέντερ, Lat. venter,* ideoque ἔντερα sunt *Φέντερα* et ἔντεα sunt *Φέντεα.* — *Γέργανα, ἐργαλεῖα.* — *Γέρωνθοι, ἐρέβινθοι.* — *Γερρῶ, ἀπόλωλα.* — *Γέτις, ubi Thierschius γετίς scribi vult et Pohlius γελπίς, ἐλπίς, unde ἐλπω, ἐσλπα certa digamni vestigia prodens.* — *Γέτος, ἐνιαυτός, et Γέτορ, ἔτος.* — *Γῆθια, ἡθη,* i. e. *Φῆθη,* quod Ahrensius mutare non debuit in *Fῆθεα* (v. Boeckh. introd. ad inscr. Boeot. §. 4. p. 720). — *Γηλιώμενοι, κατεχόμενοι,* i. e. εἱλούμενοι. (v. Ahr. de d. Dor. p. 54). — *Γημα, ἵματιον, pro εἵμα.* — *Για, ἄνθη,* i. e. *Φία,* unde violae. — *Γιαρ, ἔαρ,* Boeoticum. — *Γιλλος, ἐιερόφθαλμος,* i. e. ἄλλος. — *Γιμβάναι, ζεύγανα,* quo cum conferas ἴμψας, ζεύξας. Θετταλοί, et ἴμψιος, *Ποσειδῶν ὁ ζεύγιος.* — *Γιν, σοί,* ubi Thierschius mavult οί. — *Γιο, αὐτοῦ.* Γοί, αὐτῷ. — *Γιπον, εἴπον.* — *Γιξαι, χωρῆσαι,* i. e. εἴξαι. — *Γις, λοχός;* et infra *Πισχύν, λοχύν,* quod etiam βίσχυν sonabat. — *Πισαμέναι, εἰδέναι,* ab *ΙΣΗΜΙ,* unde ισασι. Doricum. — *Πισγόν* (fortasse γίσγον), ισον, i. e. *ΠισΦον,* unde ισος apud Homerum et ισος apud Atticos; nec necesse est vel γισόν vel γιστέον i. e. ισιέον scribamus. — *Πιστία, ἐσχάρα,* Doricum. — *Πιστίαι, ιστονγούοι.* — *Πιστιῶ, παίσομαι,* futurum verbi ιστίω. — *Πιτέα, λίτα, vitex.* — *Ποῖδα, οἶδα.* — *Ποίδημι, ἐπισταμαι.* Aeolicum. — *Ποῖνος, οἶνος.* — *Ποίνακες, βλαστοί,* i. e. οἰνάδες. — *Ποινάρντις,* ut γοιναρ्णτις Ahrensius egregie emendavit, οἰνοχόη. — *Ποινέες, κόρακες;* apud eundem οἰνάς, γένος κόρακος. — *Ποῖτος, ἔπος, πάθος.* — *Πολαμός, διωγμός,* fortasse idem quod οὐλαμός. — *Πόρτνξ, ὅρτνξ.* — *Ποχάνα, ἀγκύλη, ἀνιιλαβεύς.* — *Πρῖνον, δέρμα,* ubi haec Choerobosci in Anecd. Oxon. II, 188, 9 notatu digna:

πᾶσα συλλαβὴ ἀπὸ τῆς γρὶ ἀρχομένη ἀποστρέψει τὴν εἰ διφθογγον· οἷον γρίνις ὁ βυρσεύς, γρῖνος τὸ δέρμα etc., et Eustath. 1926, 55: ὅτι δὲ καὶ σὺν τῷ γάμμῳ προσπερισπωμένως λέγεται κατά τινα γλῶσσαν γρίνος, δηλοῦ ὁ τεχνικός ἔνθα λέγει· γρίνης ὁ γριπεύς. Τέτοιος igitur, si Eustathium de accentu praeincipiente respicimus, Aeolicum fuit. — Πῷ, ἐκαντῷ, ἵδιῳ καὶ ώ. — His addas ex eodem Hesychio: Τελχάνος, ὁ Ζεὺς παρὰ Κηροῖν, ut iam Kusterus recte emendavit παρὰ κριστῷ (v. supra p. 5).

§. 8.

Num digamma in alias quoque litteras transierit?

Iam restat, ut eas digammi mutationes paucis absolvam, quae partim, cum rarissime reperiantur, incertae evadunt partim nullae sunt. Primum enim ut concedam, φ quippe cognatam digammo litteram et quasi eius aspiratam pro Φ usurpari potuisse, id tamen tam raro accidit, ut certum de ea re iudicium facere nequeamus. Unum huius digammi mutationis exemplum in verbo νίφω et vocibus ad hanc stirpem pertinentibus invenisse mihi videor. Etenim radicem huius verbi abiecta littera sibila νΙΦ et Gothicum snaivs ostendit et Latina stirps niv, unde factum est nix ex more illo g pro w sive v ponendi, genet. nivis. Nec dubitaverim hoc referre pronominis tertiae personae formas σφέων, σφείων, σφῶν; σφίσι, σφί; σφέας, σφείας, σφέ; σφείν, σφεά; σφός, σφέτερος. Nam et Latinae huius pronominis formae suus, sui, sibi, se s initiale ostendunt, et οὐ, οἱ, εἰ luculentissima digammi vestigia servant. Habemus igitur in his formis quod plane respondeat Sanscrito swādus, ubi et s et digamma, ut ita dicam, servatum

est. Quibus exemplis addere licet γέννος ex glossa Hesychiana petitum, et, si Deo placet, φιλίτια, quod etiam φιδίτια et φιδίτια sonabat, ab εδω i. e. Εέδω. At hic de digammo ex veteribus nemo cogitavit neque cogitare potuit quippe cognatarum linguarum comparatione destitutus. Ut vero haec certa videntur, sic contra ex nonnullarum vocum Graecarum comparatione cum Latinis οὐδὲ γρὺ eruere valemus. Nam quominus in vocibus φηγός, φήμη, φρειήρ, φυγή, φώρ, similibus ideo litteram φ digammi vice fungi statuamus, quia cum Latinis fagus, fama, frater, fuga, sur bene congruunt, vel eo prohibemur, quod Latinam litteram f Graecis plane ineffabilem fuisse scimus, neque quae olim fuit Graecae et Latinae litterae Φ cognatio ullo potest esse momento. At illud quidem libenter Boppio crediderim (v. Kuhn, Zeitschr. für vergleich. Sprachkunde III. 1. p. 14) affirmanti in linguis Indo-Europeis ν saepe in r transisse et Sanscritum »evas« eum Latino »eras« comparanti; et Hermannus, qui de dial. ling. Gr. (Opusc. I. p. 131) formis aurarum et ανγάων collatis litteram caninam digammi fuisse vicariam contendit, recte iudicasse mihi videtur. Quemadmodum vero has digammi mutationes hic illuc factas esse affirmare non dubitamus, ita digamma in θ et τ abiisse omnino negamus, neque, ut de Herberto Marsh Anglo taceam, intellegere queo, quid Jacobum Grimmum virum summum moverit, ut haec de digammo proferat: »man sieht, dass das digamma in der Regel weht zuweilen aber auch hauchen und einmal sausen kann« (Gesch. der deutsch. Sprache p. 208). Nam illas, quas ferunt, mutationes aut eo sibi fixerunt, quod, ut exempla afferam, voces θήρ et fera, θνητις et

foris, θέλω et serveo, θύμος et sumus perperam coniunxerunt, aut quod corruptas Hesychii glossas, velut *Tηράνθεμον* pro *Fηράνθεμον* huc spectare opinati sunt. Sed de digammi mutationibus haec satis sunt.

§. 9.

De digammi ethlipsi sive metathesi.

Ut hoc viris doctis probemus, paullo altius repetendum et ad alias aliarum litterarum ethlapses sive metatheses provocandum videtur. Etenim cum in earundem vel similium litterarum concursu quiddam insit, quo ne bene pronunciemus, impediamur, eiusmodi litterae aut omnino omittebantur aut in aliud locum transponebantur. Quod cum in multis linguis saepenumero factum sit, exempla aliquot, quae ad rem nostram conficiendam plurimum valent, hic laudabo. Ac prium quidem memoranda videtur frequentissima illa ab initio vocum facta ethlipsis litterae sibilae, cuius unum tantum exemplum ἔπομαι, sequor, et ἔστομην, ubi σ per metathesin servatum vides, attulisse sufficit. Deinde vero, quae maxime hoc pertinere mihi videtur, est ethlipsis illa et metathesis litterarum j et s in verbis saepe nobis occursens, velut χαίρω εχαίρω, τείνω ε τένγω, χείρων ε χέργων; μεῖσων ε μέγινων (v. Pott. II. p. 38), τέρεινα ε τέρενγσα, κεινός ε κενέός ε κενγός collato Sanscr. cūnja (v. Pott. II. p. 53), φθείρω ε φθέρσω, σπείρω ε σπέρσω, ζείρω ex ζγέρσω, εστείλα ex εστελσα, ubi Aeoles sere semper liquidas duplicabant dicentes χέρρων, κέννων, φθέρρω, σπέρρω, ζγέρρω (v. Ahrens. de dial. Aeol. p. 53 et 54). Adde quod dixerunt βάτραχος et βόρταχος, κεγχρίνη et κέρ-

γίνη, δερθάνω et ἐδραθον, κράτος et κάρτος, alia (v. Pott. II. p. 112—114), quod Graeci νεῦρον, παῦρος, γαῦρος, ubi Latini nervus et parvus (parum) et Sanscr. garwa, quod etiam in Sanscr. ra pro ar in voce brahman possum videtur, ut ἔρθειν, et ἔτεξειν, ἔργον (wirken), de quibus v. Pott. I. p. 250. At omnium maxime hoc pertinere mihi videtur Francogallorum ille usus Latinam multorum vocabulorum terminationem — arius mutandi et in — aire, ut librarius in libraire, et in — ier, ut Ferrarius in Ferrier, Vinarius in Vignier. Ecce plane similis cum ethlipsis tum metathesis. Quae si vere sunt, ut esse quivis intelleget, haud pauca ex iis colligere licet. Nam vero id quoque nobis succurrit, quod in titulo nuper Coreyrae reperto singularis quaedam et quae primo obtutu absoni aliquid habere videatur forma vocabuli ξένος legitur, nimirum πρόξενος. Haec, nisi omnia me fallunt, vera olim huius vocabuli forma fuit, unde postea ξένος per metathesin digammi in ι mutati factum est et omissa digammo ξένος. Nec iam, credo, mira illa apud Theocritum (VII, 73) forma Ξενέας habebit, in quo offendamus. Namque ut ε κενήρος formae κεινός, κενέός, κέννων ortae sunt, sic ε ξένος ξείνος, ξενέα (ξενέος), ξέννων; quibuscum conferas στείρα, στερέός, στερρός et Βορέας, Βορρᾶς, cuius vocis Ionica forma Βορρῆς I, 5 (ubi Porphyrius Βορρέης praebet), et ψ, 195 restituenda videtur. Unde proficiscentes δείδουνα dicemus ortum esse ε δέδφουνα, δείδια ε δέδφια, γοννός ε γονφός transposito digammo et mutato ante liquidam in υ, quod iam Ahrensiū invenisse video (de d. Aeol. p. 57); Aeolice γόννως. Quae veterum de hac re sententia fuerit, optime ex Eustath. 1606,

62 disces, ubi haec verba leguntur: *δονρὸς μὲν προῦπάρχει τὸ δόρν· ὡς γὰρ γόνν γόννος καὶ μεταθέσει γοννός, οὖτις καὶ δόρν, δόρνος, δονρός.* Porro huc cadunt ὀλβαχίον, vox quaedam Syracusana, quae ab οὐλαῖ, ολαῖ, mola i. e. ὀλφαῖ mutato digamma in β descendit, et quod Suidas s. v. δερβιστήρ tradit illam interpretans τὸ δέρμα παρὰ τὸ δέρος, δεριστήρ, πλεονασμῷ τοῦ β; δερβιστήρ autem olim fuit δερφιστήρ et δείρω δέρφω. Huc accedunt εἴλω, εἴλω, εἴλινω, quae olim Φέλφω, Φελφέω, Φελφύω erant, et ίσος olim Φίσφος, si fidem habemus Hesychii glossae: γίσγον, ίσον, et ὑλη collata voce *sylva ὑλφῆ*; et fortasse μοῦνος e μόνφος.

VI.

De digammi usu apud Homerum Hesiodiumque.

§. 1.

Quid de digammo carminibus Homericis Hesiodeisque restituendo censendum sit?

Nunc demum postquam satis de digammi natura et mutationibus variis exposuisse mihi videor, de eius in carminibus Homericis usu certiora quedam statuere licet. Ac primum quidem ex eo, quod iam Pisistrati aetate, qua carmina Homericia litteris consignabantur, ex Ionico alphabeto digamma evanuerat, iam tunc neminem de eo utpote carminibus Homericis restituendo cogitasse efficitur. Nec tamen idcirco quemquam recte contendere puto digamma in carminibus Homericis locum habere non posse, propterea quod quo tempore carmina illa nata sunt, eo digamma ut

sexta omnium Graecorum alphabetorum littera etiam ab Ionibus plene distineteque pronunciabatur. Immo his ipsis causis adducor, ut digamma carminibus Homericis reddendum esse censeam. Quod ut in universum verissimum videtur, ita in singulis locis ne frustra simus in digammo Homero inculcando admodum cavendum est. Nam neque Heynio aliisve, qui omnes locos digamma respuentes mutantos esse rati carmina illa mirum in modum laceraverunt, adstipulari possum neque Vossio aliisve digammo nullum apud Homerum locum concedentibus; et cum alias plerumque, tum hic medio tutissimus ibis. Nam cum et talis sit carminum Homericorum origo, qualis recentissimo demum tempore ab Lachmanno verissime monstrata est, et ea digammi illa aetate natura, quae neque semper suum sibi locum flagitet neque eam litteram iam tunc prorsus obsoletam fuisse demonstret, recte faciemus et restituentes digamma, ubi vera eius extant indicia neque quicquam nisi forte ν ἐγελκυστικόν mutandum est, neque quibuscumque in locis neglectum videtur, eos mutant obtrudentesve eis digamma. Sed quoniam id nobis nondum contigerit, ut antiquum Graecorum scribendi morem restituere possimus, ne apud Homerum quidem illud cuiquam conandum esse existimo; et tamen Payne-Knightius Anglus eius rei periculum fecit eamque constanter, ut Angli solent, ad finem perduxit. At, ut de aliis taceam, vehementer mihi peccasse videtur in digammo etiamtum singulis vocibus restituendo, cum aut omittebatur per ellipsin aut per metathesin transpositum in alium locum simul in aliam litteram mutabatur. Id qui facit, in tota Graeci sermonis indole et propria eius virtute magnopere

delinquit. — De Hesiodo idem quod de Homero valet neque est cur pluribus id evincendum videatur.

§. 2.

Quaenam rationes adhibenda sint ad digamma in carminibus Homericis inveniendum?

1. In vocabulis a vocali incipientibus:

A. Digamma statuendum est, ubi brevis praecedentis vocabuli in consonantem desinens syllaba producitur non solum in arsi, sed etiam in thesi, e. g. ὄσις οἱ.

B. Digamma locum habet, ubi et longa vocalis et diphthongus, quae praecedunt, non corripiuntur, e. g. πόλιν καὶ ἡθεα λαῶν.

C. a) Digamma inest in vocibus, ante quas hiatus reperitur neque umquam per apostrophum vitatur, velut in οὐδέ οἱ.

b) Digamma indicatur ν ἐγελκυστικῷ in fine praecedentis vocabuli omisso, ut δαιέ οἱ, quod numquam dicitur δαιέν οἱ.

c) Digammi vestigia prodit littera ς in negatione οὐ omissa, e. g. οὐ οἱ, οὐ έ, οὐ ἐθεν.

2. In vocabulis a consonanti incipientibus:

Digamma vocibus inesse ex brevi syllaba praecedente, si fere producitur ante vocabulum a simplici consonante incipiens, consequitur. Sic digamma apparet in δεινός i. e. δFεινός, quod brevem vocalem praecedentem producit (v. ind. s. h. v.), itemque in δείδω i. e. δFείδω, e. g. ἐμέ τε δείσῃ i. e. δFείσῃ.

3. In vocabulis compositis digamma indicatur

A. eo, quod duarum vocalium in unam contractio diligenter evitatur, ut in Αυκόοργος, ἐνάερος;

B. praepositione cum verbo composita neque ultimam vocalem elidente, ut ἐπιανδάνει, ἀπόειπε, ἀποαίνωται, ἀποαἰρεῖσθαι. At habet hoc cautionem, neque digamma confundere debemus cum littera sibila, ut in ἐπάλμενος, similibus.

C. α privativum, cum neque coalescit cum sequenti vocali neque ν adsciscit, digammi vestigia prodit, ut in ἀεργός i. e. ἀFεργός, ἀντος i. e. ἀFοντος, ἀόχλητος i. e. ἀFόχλητος, pro quo postea ἀνόχλητος in usu erat. Sed hic quoque voces, in quibus σ evanuit, ut in ἀνπνος, excipiendae sunt.

D. Augmento syllabico saepe indicatur digamma, ut in ἔειπον, ἔεργον, ἔεργαζόμην, ἔεργασάμην, aliis.

4. Denique conicere licet ibi digammi sedem esse, ubi in mediis vocibus brevis syllaba praecedens producitur, ut in ἔδεισε, παρειτών.

Haec sere habui, quae de digamini indiceis ex Homero petitis dicere; unde proficiscentes et, ubi opus videatur, cognatarum linguarum comparatione, quantum fieri potest, utentes voces apud Homerum digamino instructas recensebimus.

§. 3.

Recensentur voces apud Homerum Hesiodumque digammo instructae.

A.

ἀόσιας, ἀFάουας, ἀασάμην T, 137, ἀάσθην T, 136. ἀάω, ἀFάω, ἀασα φ, 296. 297, ἀάατος Ξ, 271, φ, 91,

χ , 5, i. e. *ἀFFατος*, Attice *ἄφατος*, ut Aesch. Suppl. v. 356: et tamen neglecto digammo reperiuntur *ἄτη* T, 91. 129. 136., *Zῆν' ἄσπατο* T, 95. Ab his vocibus secernendum est *ἄτος*, proprie *ἄφατος* eiusdem stirpis, cuius Lat. satis, satio, Z, 203. X, 218.

ἀγνυμι, Φάγνυμι, Φάγειν *A*, 214, ἐΦάγη *A*, 559, ἐΦαξε
Η, 270, συνέαξε *A*, 114, ἀρματα ἔξω Θ, 403, cf. Ψ, 341.
467. κατὰ νῦν *FéFayē* op. et d. 532, κανάξαις i. e.
καFFάξαις pro καταΦάξαις ibid. 664. 691. ἀσαγῆς i. e.
ἀΦayῆς λ, 575.

αῖνυματ, ἀποΓαίνυμαι N, 262. ρ, 322. μ, 419. ξ, 309.
αἱρέω, ἀποαιρεῖσθαι A, 230. 275.

āλις, coll. Sanscr. våra, Haufen, a stirpe *Faλ. B.* 90
ēνθα ἄλις, cf. I, 137. 279. *Φ*, 352. *Ξ*, 122. *X*, 340. 473.
ε, 38. *ν*, 136. *π*, 231; *ψ*, 341. *π*, 389. *ρ*, 298.

ἀλισκομαι, *ἀλῶναι*, *εἴμαρτο* *ἀλῶναι* Φ, 281. ε, 312.
cf. *M*, 172; *Ξ*, 81. *Φ*, 495.

ἀναξ, sexcenties, et saepe ν ἐφελκυστικόν huic voci
praecedens delendum est. ἀνασσα Ξ, 326. γ, 380. ζ, 149.
175. ἀνάσσω, Α, 38. 452. λ, 283. Β, 108. 643. Ω, 536.
δ, 602. Theog. 403. 883.

ἀνδάνω, *A*, 24. 378. ἐπιανδάνει *H*, 407. ἐπιήγδανε
v, 16. *π*, 406. *σ*, 50. 290 al. ἔγνδανεν *Ω*, 25. *γ*, 143.
 ἄδον *ω*, 465. *Theog.* 926. εὐαδεν i.e. ἐFFαδεν *P*, 647.
 πᾶσιν ἑαδότα, *proprie FεFαδότα*, I, 173. *σ*, 422.

ἀνήρ. αἰσχιστος δὲ ἀνὴρ B, 216. οὐλέα ἀνδρῶν I, 189.
524. Θ, 73. cf. E, 874. ἵστο ἀνὴρ Scut. Herc. 214. Huc
pertinet ἄρσην (v. Pott. I. p. 223), cuius digamma conspi-
citur ι, 438: ἐξέσσυντο ἄρσενα μῆλα.

ἄπτοματι, a Sanscr. rad. vap. (v. Benfei rad. Graec. II.

p. 355). ἐάφθη N, 543; προτιάπτω Ω, 110. ᾧ *Famtoς*, N, 49. 77. Sc. Herc. 75.

$\alpha\varrho\alpha\iota\circ\varsigma$. *E*, 425. *S*, 411. *Y*, 37.

$\ddot{\alpha}\varrho\iota\sigma\tau o\nu$ (prandium) Ω , 124. π , 2.

$\ddot{\alpha}\varrho\nu\varepsilon\varsigma.$ *I*, 310. *A*, 435. *O*, 131. *X*, 310.

